

Konventualen, ob sie dazu ebenso bereit seien, versichert der Prior für sich und die anderen Mitglieder des Konvents: So wie sie sich einst nach der Vorlegung der genannten Schreiben freiwillig zum Gehorsam gegenüber den 10 Befehlen und Mahnungen des NvK und des Erzbischofs erboten und dies vor Notar und Zeugen kundgemacht hätten, so auch böten sie jetzt ihren Gehorsam an.

¹⁾ Zu der unbefriedigenden Situation im Kloster Ossiach, in dem Abt und Konvent in Streit miteinander lagen, s. Zibermayr, Johann Schlitpachers Aufzeichnungen 270f. Die von NvK eingesetzten Visitatoren (s.o. Nr. 1074) zogen nachweislich am 27. Oktober von Ossiach ab, wobin sie zu einem nicht genauer bestimmbareren Zeitpunkt von St. Georgen am Längsee her eingetroffen waren; Zibermayr, Johann Schlitpachers Aufzeichnungen 270f., und unten Nr. 1937. Ob die Kundgabe des Abtes von Ossiach in Gegenwart oder in Erwartung der Visitatoren erfolgte, muß ungewiß bleiben.

²⁾ Zibermayr erwähnt hierzu noch G. Freiherr von Ankershofen, Des Abtes Zacharias Gröblacher Annales Ossiacenses mit der Fortsetzung durch Abt Hermann Ludinger, in: Arch. f. Kunde österreich. Geschichts-Quellen 7 (1852) 215. In diesen Annalen Gröblachers (Abt von Ossiach seit 1587) heißt es aber nur, das Kloster sei 1451 durch NvK und Eb. Friedrich von Salzburg reformiert worden.

³⁾ Reformdekret Nr. 8; s.o. Nr. 1009 bzw. Nr. 1034.

1451 Oktober 21, Malmedy.

Nr. 1912

NvK an den Klerus der Stadt Lüttich. Er beklagt sich über die Behandlung, die er durch den Lütticher Klerus erfahren hat, tadelt dessen Reformfeindschaft und mahnt zur Umkehr, damit Gottes Zorn nicht über die Adressaten komme.

Kop. (1460/1470): SAINT-OMER, Bibl. Municipale, Ms. 374 f. 28^r-29^v. Zur Handschrift s. Vansteenberghe, Cardinal-légat 107f.; ursprünglicher Besitzer: Guillaume Fillastre, Rat Hg. Philipps von Burgund, der u.a. Kommendatarabt von Saint-Bertin zu Saint-Omer war, sodann die Zisterzienserabtei Clairmarais bei Saint-Omer (Vansteenberghe's Vermutungen, wie der Brief des NvK in diese Handschrift gelangt ist, vermag ich nicht beizutreten).

Druck: Vansteenberghe, Cardinal-légat 118-120 (mit umfangreichem Kommentar).

Erw.: Koch, Umwelt 46-49 und 137; Orth, Nikolaus von Kues 11.

Venerabilibus viris maioris et secundarum ecclesiarum civitatis Leodiensis Nicolaus cardinalis sancti Petri ad vincula, apostolice sedis legatus manu propria.

Venerabiles domini. Tanta est nobis cura non solum ab ipsa apostolica sede, sed ex coniuncta serenitate pro vestra salute, ut, quamvis non proficeremus hactenus, adhuc tamen non cessemus nec desistamus vos ammonere, ne putetis vobis licere, ut tantum, 5 que volueritis, agatis.

Primum dolemus, quod, qui pre ceteris de obediencia gloriari consuevistis, nunc in effectu ostenditis, an ob anime salutem vel commodum aliud obedistis. Non enim aliquem apostolice sedis legatum cum tot spiritualibus graciis pro animarum salute missum neque ita obedienter, lete et grate undique receptum et tractatum reperitur; sed 10 nullibi minus undique obedienter quam per vos.

Venimus enim ad vos animo et intencione non minus gracie apostolice vobis tamquam predilectionis fratribus nostris quam aliis imperciendi, allecti iteratis devotis vestris supplicacionibus. Tanquam apostolicum legatum nos recepistis; supplicastis, ut solemne officium de Spiritu Sancto fieret, uti actenus in adventu legatorum servatum 15

Über dem Text: Copia epistole in Christo reverendissimi patris et domini domini Nicolay divina misericordie tituli sancti Petri ad vincula cardinalis presbiteri, episcopi Brixinensis apostoliceque sedis per Almanian legati a latere misse clero Leodiensi anno domini M^oCCCC^oli^o 13 am Rand: Hic eosdem canonicos ipse cardinalis nominat fratres eo quod Leodiensis erat archidiaconus

credebatis, et licet nos non curaremus, voluistis tamen, ne nobis minus fieret. Et quia spiritus sathan timuit, ne suos perderet, vobis medio membrorum suorum ex post suggestit nos legati potestatem in vos non habere. Nichil enim in causa fuit nisi reformationis timor; quam ut non subiretis, potius obedienciam, de qua gloriari consuevistis, offendere et omnem remissionis gratiam parvifacere constituistis, et non solum salutem vestram ob quosdam publicos et scandalosos concubenarios, qui, ut prefertur, huius facinoris principes fuerunt, postposuistis, sed eos, qui devote pro gracia indulgentiarum nunquam per vos desideratarum institerunt, inpedivistis. Nam non decuit pro reverencia status ecclesiastici, ut aliis vobis exclusis illam inpertiremur.

25 Attendite, fratres, quantum potuit sathan, qui obtinuit, ut deum, ecclesiam Romanam, eius legatum, confratrem vestrum, vobis thesaurum supremum ecclesie afferentem sine omni gravamine, post invitationem et letam receptionem ob correctionem vitandam ut legatum audire sprevisistis.

Audivistis nos sepius dicentes nos in vos apostolicam legacionem habere. Cur non 30 credidistis? Neminem ex vobis continenciam bulle legacionis nostre, que in multorum presencia pluries lecta est, presumimus ignorare, cuius eciam copiam nemo petiit. Nusquam per loca legacionis facultatis littere exacte sunt; omnes verbo nostro steterunt, sicut et vos per eos, quos ad nos misistis. Nec mirum; nemo enim in gratuitis oblacionibus curiose de datorum potestate inquirat. Habuistis enim dominum Placentinum, legatum Bohemie et visitatorem in Almaniam, pro indubitato apostolico legato, 35 ut sepe eciam confessi estis.¹⁾ Cur nos sprevisistis? Scitis nos ex legacionis bulla posse concilium provinciale provincie Coloniensis indicere et illam visitare et reformare. Quare fingitis hanc inexcusabilem novitatem pro colore inobediencie, quasi non comprehendamini, quia non estis Almani? Ita nec Germani; et tamen fatemini vos sub 40 partibus Germanie comprehendendi, sub qua citra Rhenum nemo potest dicere se comprehendendi, nisi et sub Almanie partibus includatur, ut sepe a nobis audistis.²⁾ Sed quamvis hee cause concludentes essent, ita ut nichil in contrarium per vos racionabiliter aut dictum sit aut dici possit, tamen excusaciones non obediendi, quales voluistis, quesivistis; et si boni propositi fuissetis et salutem vestram pretulissetis publicis viciis, 45 tunc, si nos quesivissemus tales excusaciones, contra illas allegassetis beneficia extendi et gracias ampliari debere, et sub partibus Almanie vos comprehendendi ac in provincia Coloniensi nobis commissa vos includi, dixissetisque, legacio nostra non debuisset minoris momenti quam olim domini Placentini extimari.

Hec sic rememorari placuit, ut aliquando excessum tam magnum et inexcusabilem 50 emendatis et consideretis, si vos, qui quadam exempcione gaudetis, digni sitis illa, quando apostolicam legacionem voluntate et non racione cum maxima iniuria turpiter declinastis, quando auctoritatem apostolicam pro nichilo abiecastis.

Non potestis vos gravatos in nimio allegare; nichil enim vobis precipimus, nichil penitus exegimus, neque debitam procuracionem, neque nummum, quem esculenti an

24 aliis: alias obmutuit 25 Attendite: Attendites 38 colore: colere 45 nos: non 50 qui: in

¹⁾ *Kardinal Branda da Castiglione, der 1421 als päpstlicher Legat 40 Tage in Lüttich geweilt hatte; T. Foffano, Tra Costanza e Basilea. Rapporti col mondo d'oltralpe del card. Branda Castiglioni, legato pontificio e mecenate della cultura, in: The Late Middle Ages and the Dawn of Humanism outside Italy (Mediaevalia Lovaniensia I/1), Löwen 1972, 25; D. Girgensohn, in: Dizionario Biografico degli Italiani XXII (1979) 71.*

²⁾ *Vgl. dazu Vansteenberghe, Cardinal-légit 114–116 (s.o. Nr. 953 mit Anm. 1).*

populenti non solum pro debito, sed nec pro honore verbo aut re obtulistis. Verecun- 55
damur ita patefacere, quod hominem ad vos vestra sollicitatione venientem vilio-
reputastis, quam fecerunt omnes infimi generis laici tocius itineris nostri. Sive infra le-
gacionis terminum sive extra, nemo omnium crucem, quam ab apostolica sede attuli-
mus, minus vobis honoravit; et non solum non honorastis, sed uti Iudei <Christum>
primum sollempniter in die palmarum inductum, quando templum sua potestate pur- 60
gare cepit, sprevistis et abiecistis. Ita enim habiti sumus, quod nemo amicorum, ne
vobis displiceret, ausus est visitandi gracia palam accedere.

‘Quis vos fascinavit?’³⁾ O fratres, quomodo in tantum execcati estis, ut nomen gra-
vitatatis status et prudencie, quod pre ceteris ecclesiis habebatis, perdideritis? Liberet
vos deus a tanta cecitate, ut, quantum delinquatis, videre valeatis et reperietis vos in- 65
dicibile peccatum commisisse. Inpedivistis religionum reformationem, scandalisastis
innumeros pusillos, qui verbum dei receperant. Qui bene inceperunt, tepescent. Om-
nium tantum vos causa ruine, vos estis!

Necesse erit gravem excessum talem non leviter preterire. Ideo ne severitas iusticie
vos comprehendat, vos amonemus, ut pro tanta iniuria ad veritatis confessionem et 70
humiliationem atque scandali in populo ablacionem et satisfactoriam oblacionem
quanto cicius acceleretis, ne ira dei contra vos adversam concitet potestatem et perea-
tis sub potenti manu dei, quam nemo fidelis nunc contra vos ad vindictam extensam
potest dubitare, et ne nos ex officio cogamur ea facere, que contra tales nobis com-
missa sunt, usque ad brachii secularis invocacionem. 75

Oro deum, ut piissimo misericordie oculo vos respiciat, convertat dirigatque felici-
ter.

Datum ex Malmandario xxi^o mensis octobris.⁴⁾

63 *am Rand*: Fascinare, id est: deludere seu adulando impetere, laudando decipere, maledicere vel
incantare ut: et 65 delinquatis: delinqueratis.

³⁾ Gal. 3, 1.

⁴⁾ Zur Reaktion des Lütticher Klerus s.u. Nr. 1977–1979.

zu 1451 <Oktober 21>, Malmedy.

Nr. 1913

*Nachricht in der Chronik des Adriaan von Oudenbosch¹⁾ über eine littera comminatoria, die
NvK dem Lütticher Klerus geschickt habe.²⁾*

Kop. (Anf. 17. Jh.): BRÜSSEL, Bibl. Royale, Cod. 14365–14367 (s.o. Nr. 977) f. 234^r.

*Druck: Martène-Durand, Veterum Scriptorum Amplissima Collectio IV 1221; Borman, Chronique 34f.;
Vansteenberghe, Cardinal-légat 106 Anm. 3.*

¹⁾ S.o. Nr. 977.

²⁾ Nr. 1912. Der Klerus habe dagegen appelliert; s. hierzu unten Nr. 1977–1979. — Die Erwähnung bei
de Theux de Montjardin, Chapitre II 219, offenkundig nach Nr. 1913, nicht nach Nr. 1912.

<1451 Oktober 19 (?) / 21>, Malmedy.¹⁾

Nr. 1914

*Kundgabe über die von NvK erlassenen Bedingungen zur Gewinnung des Jubelablasses durch die
Einwohner des Landes Stablo.*